AD SCHOLAS

QUAE

IN HAC UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE HIBERNUM

INDE A. D. XV M. OCTOBRIS A. MDCCCCI USQUE AD DIEM

XV M. MARTII A. MDCCCCII

HABEBUNTUR

INVITANT

RECTOR ET CONCILIUM

INEST

INSCRIPTIONUM THESSALICARUM ANTIQUISSIMARUM

SYLLOGE

EDITA AB

OTTONE KERN.

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

Postquam ante hos sex menses Carolo Kalbfleischio conlega doctissimo interprete papyros Graecas edendas curavimus, redimus nunc, commilitones humanissimi, ad inscriptiones Thessalicas, cum Adolphus Kirchhoff vir summus, vehementer improbans virorum doctorum rationem qui titulorum a se inventorum editionem in diem differentes quasi sedent in thesauris collatis, liberaliter permiserit, ut, quoscumque titulos eligerem, antequam Corpus inscriptionum Thessalicarum perfectum esset, in publicum emitterem. Versatis igitur hodie manibus titulorum Thessalicorum antiquissimorum syllogen quam ut seorsum ederem tres imprimis causae me commoverunt. Primum in Corpore inscriptiones antiquissimas non in unum locum collectum iri haud ignoratis ita ut eas diversis locis quaerere necesse sit. Quod multis magnum parit taedium. Tum nonnulla sunt quae nondum satis intellexi ita ut ab ingeniis acutioribus et felicioribus opem petam. Postremo palinodiam canere cogor; nam in indice scholarum hibern. 1899—1900 delineationes in titulis edendis adhibendas non esse Wilamowitzium (cf. *Goetting. Gelehrt. Anzeigen* 1900 p. 559 ss.) secutus iniuria contendi. Nunc autem didici multa ectypa quae feci non ita comparata esse ut arte photographica exprimi possint. Recte igitur iudicavit de hac re F. Hiller de Gaertringen meus in censura titulorum Asiae minoris primi voluminis quam Belgeri Seyffertiique litteris philologicis Berolinensibus a. 1901 nr. 26 inseruit. Delineationes autem omnes, quas hic edo, Rostochii in officina Academica Adleriana ex ectypis meis a Guilelmo Hollmanno factas esse profiteor.

PHTHIOTIS.

MELITAEA.

I. 'Melitaeae' 'Lapis literarum antiquitate praeter ceteros insignis'. Ed. J. L. Ussing Inscriptiones graecae ineditae Havniae 1847 p. 40 nr. 51. Cf. eiusdem *Griechische Reisen und Studien Kopenhagen* 1857 p. 120 '*Im Hofe des Klosters liegt eine uralte Inschrift*'. Mense Septembri a. 1899 ego lapidem in monasterio prope ruinas Melitaeae (non procul a viculo Ἀβαρίτζα) sine eventu indagavi. Cf. Dittenberger Hermae vol. XIII 1878 p. 396; Roehl Inscript. graec. antiquiss. 1882 p. 75 nr. 326; Imagines ed. 1898 p. 24 nr. 7.

ΑΛΚΙΜΑΧΟV

ΕΚVΟΝΑΘΕΝ

Ἀλκιμάχου

[Σ]εκυόναθεν.

LARISA CREMASTE.

II. Lapis niger immissus pavimento impluvii quod est ante ecclesiam ἅγιος Ἀπόστολος in vico Gardiki prope Larisam Cremasten. '*Grandes lettres*' Edd. P. Jamot et G. Deschamps *Bulletin de corresp. hellénique* XV 1891 p. 343 nr. 20. Non vidi.

DIONVΣIO

Διονυσίō (Διονυσίου?).

ERETRIA.

III. 'Τσαγγλί. — Παρὰ τὴν ἀρχαίαν Φθιωτικὴν πόλιν Ἐρέτριαν. Ἐπὶ τετραγώνου βάσεως ἐκ κυανοῦ λίθου [μήκους 0,80 περίπου, πλάτους 0,60 περίπου, πάχους 0,30 περίπου e N. J. Giannopuli qui titulum repperit et exscripsit litteris ad me datis] κειμένου ἔν τινι Ὀθωμανικῷ νεκροταφείῳ ἐν τῇ θέσει Κοτζᾶ-Λάκκα'. Δελτίον τῆς ἐν Ἁλμυρῷ φιλαρχαίου ἑταιρείας τῆς Ὄθρυος τεῦχος δεύτερον. Ἀθήνησιν 1899 p. 19 ἀρ. 25. Mense Septembri a. 1899 ego lapidem, qui periisse videtur, N. J. Giannopulo duce frustra quaesivi.

ΜΕΘΙΣΤΑΣΠΙΘΟΥΝΕΙΟΣΑΠΛΟΥΝΙ


Μεθίστας Πιθούνειος Ἄπλουνι.

An Μεθύστας? Cf. inscriptionem Pharsali inventam *Bulletin de corresp. hellénique* XIII 1889 p. 403 nr. 18.

THESSALIOTIS.

CIERIUM.


IV. Tabula aenea a. 0,20, l. 0,38 inventa non procul a Cierio, edita a N. Γ. Χατζιζωγίδης *Mitteilungen des archaeolog. Instituts in Athen* XXI 1896 p. 248 ss. tab. VII nunc Athenis in museo centrali conservatur. Egerunt de inscriptione R. Meister *Berichte der sächs. Gesellschaft der Wiss.* 1896 p. 251 ss.; Br. Keil in Hermae vol. XXXIV 1899 p. 183 ss.; Ed. Meyer *Geschichte des Alterthums* III 1901 p. 609; Aug. Fick *Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen* XXVI 1901 p. 116 ss. Vidi.



Ἐσhυλο̄ρέοντος Φιλονίκο̄ ῞Υιος
Θε̄τώνιοι ἔδο̄καν Σο̄ταίροι το̄̃ι Κ-
ορινθίο̄ι καὐτο̄̃ι καὶ γένει καὶ F-
οικιάταις καὶ χρε̄́μασιν ἀσυλία-
ν κἀτέλειαν κεὐFεργέταν ἐ-
ποίε̄σαν κὲν ταγᾳ̃ κὲν ἀταγ-
ίᾱι. αἴ τις ταῦτα παρβαίνοι, τὸ-
ν ταγὸν τὸν ἐπεστάκοντα ἐ-
ξξανακάδε̄ν. τὰ χρυσία καὶ τὰ
ἀργύρια τε̃ς Βελφαίο̄ ἀπολ-
όμενα ἔσο̄σε Ὀρέσταο Φερεκρατ.

Titulum integrum esse probatur cum l. 11, ubi inter O et M foramen conspicitis, quo tabulam aeneam non mutilam esse demonstratur tum ultimis litteris quas arctius ceteris inscriptas videtis. Sanctionem decreti Br. Keilius qui de titulo explicando summopere meritus est desiderat; sed cf. inscriptionem Magnesiae repertam n. 7 b (= Dittenberger Sylloge ^{2} nr. 480): ἔδωκαν Μάγνητες Φωκαιεῦσι· κτλ., in qua ne τάδε quidem cum Ad. Wilhelm *Jahreshefte des österreichisch. archaeolog. Instituts* IV 1901 *Beiblatt* 22 suppleri potest. 'Εσhυλōρέοντος igitur i. e. ἐπσυλōρέοντος = ἐσσυλōρέοντος, a nomine συλωρός = ὑλωρός quod silvarum custodem significat (cf. Aristotel. Polit. VI 8 p. 1321 ^{b} 30) derivatum, scribendum esse putaverim. Quod autem attinet ad verba 'Ορέσταο Φερεκρατ(είο), omnia recte se habent, si ἐσhυλōρέοντος suppletis.

V. Apud fontem vici Paliuri lapis calcarius a. 0,30; l. 1,08; cr. 0,095, in duas partes fractus et solum levigatus ubi litterae extant. Litterarum altitudo 0,045—0,09. Exscripsi.




De hac inscriptione primus rettulit A. Philippson homo de Thessaliae perscrutatione ante omnes meritus in libro *Thessalien und Epirus. Reisen und Forschungen im nördlichen Griechenland.* Berolini 1897 p. 97 '*Er* [δήμαρχος vici Rhentinae] *erzählte mir unter anderem, dass sich in dem nördlich benachbarten Dörfchen H. Joánnis an einer grossen Quelle, Paliuri, die Ueberreste eines alten Tempels befänden und eine Inschrift:*

H ΕΥΔΙΚΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ'

Virum egregium demarchi Rhentinensis verba non recte intellexisse apparet. Nam in viculo Ἅγιος Ἰωάννης qui unius fere horae intervallo a vico Paliuri distat fons cui nomen Paliuri inditum est non extat negantque praefracte huius vici incolae lapidem ex viculo Ἅγιος Ἰωάννης in vicum Paliuri translatum esse. Immo repperi in colle vicino qui Χοιρινόκαστρο dicitur parietinas periboli antiqui ex muris quos nuncupant polygonales exstructi e quibus ante decem fere annos hanc inscriptionem in vicum Paliuri translatam esse dicunt.

Cum nomen hεύδικος qui Veneri hunc lapidem dedicavit prorsus ignotum sit, cultum Veneris in Thessalia quoque pervulgatum fuisse e testimoniis a Tümpelio apud Pauly-Wissowa *Realencyclopaedie* s. *Aphrodite* I 2729 s. collectis elucet, inter quae lapis Pharsali inventus (cf. infra nr. VII) aetate eminet.

VI. Basis quadrata a. 0,255; l. 0,73; cr. c. 0,72, cuius in superficie excavatio, in duobus lateribus contiguis (a et b) titulus ita scriptus est ut versus per utrumque latus continuentur. Viderat eam in vico Ὀζοὺν Καραλάρ apud Maurocordatum hominem ditissimum Phinticles professor Atheniensis cui narrabatur lapis ex alio vico, cui item nomen Καραλάρ erat, illuc translatus esse. Ex duobus apographis et ectypo chartaceo a Phinticle transmissis ed. A. Kirchhoff in Hermae vol. XX 1885 p. 157 (cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff Lectiones epigraphicae Gotting. 1885 p. 13; H. Usener *Altgriechischer Versbau* 1887 p. 32 s.; O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 48 nr. 70; Roehl Imagines 1898 p. 24 nr. 4; Aug. Fick *Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen* XXVI 1901 p. 120). Lapidis hodie lacerati miserrimas reliquias inveni mense Septembri a. 1899 prope novas aedes Maurocordati; sunt septem particulae nonnullarum litterarum vestigia praebentes quibus de locis dubiis iniqua Minerva nihil discimus. Edo ex Phinticlis a Kirchhoffio edito exemplo, mutans solum ea quae Kirchhoffius ex ectypo chartaceo correxit.



Μνᾶμ' ἐμὶ Πυῤ(ῥ)ιάδα, hὸς οὐκ ἐπ[ί]στατο φεύγεν
ἀλ(λ') αὖθε πὲρ γᾶς τᾶςδε πολ(λ)ὸν ἀριστεύōν ἔθανε.

PHARSALUS.

VII. Tabula parva rectangula, Pharsali in domo privata sita in superiore oppidi parte. Edd. Heuzey et Daumet *Mission de Macédoine* p. 428 nr. 201; cf. Roehl Inscript. graec. antiquissim. 1882 p. 76 nr. 327; Imagines 1898 p. 25 nr. 9; O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 47 nr. 66. Ego mense Octobri a. 1899 lapidem frustra quaesivi.

ΛΑFΟΝΤΑΘΙ
ΛΙΤΑΙΤΑΠΕΙΟϹ

ΔάϜōν τάφρ[ο-]
δίται τᾶ Πειθō[ι.]

Ἀφροδίτα Πείθω I. G. Ins. II nr. 73, 3; cf. Preller-Robert *Griech. Mythologie* I 4 p. 508 adn. 2.

VIII. Marmor album a. c. 0,30, l. 0,40, cr. 0,19, supra et a dextra parte fractum, infra obtusum Pharsali in muro hortuli quem possidet κ. Μπολασικίδης qui a. 1899 taxiarchae munere fungebatur, non procul a Δημαρχείῳ. Litterar. alt. 0,02—0,025; linear. interv. 0,02. Exscripsi.

— — ις
[ἀν]έθēκε.

IX. ʽΠλὰξ ἐνεπίγραφος ἐπεστρωμένη ἐπὶ τῆς ἀπέναντι τῆς Φαρσάλου πολυτόξου γεφύρας τοῦ Ἐνιπέως παρὰ τὸ κωμίδιον Πασᾶ-Μαγοῦλα ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν δεξιᾷ μεταβαίνοντι ἐκ Φαρσάλου εἰς Λάρισαν. πλάτος 0,445; μῆκος μικρόν 0,63; μῆκος μέγα 0,90.ʼ ʽΡήγας N. Καμηλάρης in litteris ἐν Μηλέαις τῇ 9ῃ Νοεμβρίου 1900 ad me datis; misit idem ectypum, ex quo edo. Litterar. alt. 0,013—0,02; linear. interv. c. 0,01.

Σίμōν ὁ Μυλιδέος ἐπέστασε
ματέρι heᾶ Μυλλίδι . . σσ . .

X. Lapis liminis superioris vicibus fungens in porta ecclesiae S. Georgii in vico Hadji-Amar sito occidentem versus a Pharsalo duarum horarum intervallo a vico Dhemirli, ubi est σταθμὸς σιδηροδρόμου Βόλος-Καλαμπάκα. Litterar. alt. 0,01—0,013; linear. interv. c. 0,04. Repperit lapidem L. Heuzey (cf. Roehl Inscription. graec. antiquissim.

1882 p. 75 nr. 325; Imagines 1898 p. 24 nr. 5); denuo examinavit H. G. Lolling *Mittheilung. des archaeolog. Instituts in Athen* VII 1882 p. 224 (cf. O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 48 nr. 71). Contuli mense Octobri a. 1899.

[Μνᾶμα τό]δ' ἁ μάτēρ Διοκλέαι ἔσστασ' Ἐχεναίς
[πολλὰ γο]ο̄σα ὅτ' ἀνόρōς ὄλετο ὂν ἀγαθός.
[— —]ọλεα τεὸς ἀδελφεὸς ἔσστα Γελōṿ[ο?]ς.
[πᾶς δὲ κ]ατοικτίρας ἄνδρα ἀγαθὸν παρίτō.

Praeter multos, quorum nomina apud Hoffmannum invenitis, egit de hoc epigrammate U. de Wilamowitz-Moellendorff Lectiones epigraphicae Gottingae 1885 p. 13, qui tertium versum ita legi iubet: αἰαῖ Διο]κλέα τεὸς ἀδελφεὸς ἔσστα (π)έλο (= atticum τηλοῦ) quae supplementa litterarum vestigiis non respondent.

PELASGIOTIS.

LARISA.

XI. Stela marmoris subcaerulei a. 1,12; l. 0,47 a superiore, 0,53 ab inferiore parte; cr. 0,10 cum aëtomate et anaglypho repraesentante mulierem stantem, sinistra sublati pallii supra caput traducti marginem a facie amoventem, dextra paullo infra pectus malum Punicum tenentem. Inventus lapis Larisae in coemeterio quodam Turcico nunc conservatur Athenis in museo centrali. Ed. U. P. Boissevain *Mittheilung. des archaeolog. Instituts in Athen* VII 1882 p. 77 nr. I (cf. H. G. Lolling ibid. p. 223 n. 1). Cf. O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 34 nr. 42 a; Roehl Imagines 1898 p. 24 nr. 8. Vidi.

ΓΟΛV+ΕΝΑΙΑ : ΕΜΜΙ

Πολυξεναία ἐμμί.


XII. Stela lapidis subcaerulei a. 1,29, l. a superiore parte 0,41, ab inferiore 0,43, cr. fere 0,11, supra in angulum acutum desinens, qui pictura ornatus erat ex qua vestigia quaedam coloris rubri extant. Anaglyphum repraesentans adulescentem stantem, sinistra manu sublata folia nonnulla tenentem, dextra gallum. In dextra planitiei adversae parte titulus scriptura a superiore parte deorsum currente incisus. Inventus lapis Larisae in coemeterio quodam Turcico (cf. nr. XI), nunc extat Athenis in museo centrali. Ed. U. P. Boissevain *Mittheilung. des archaeolog. Instituts in Athen* VII 1882 p. 78 nr. II. Cf. O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 34 nr. 42 b; Roehl Imagines 1898 p. 25 nr. 6. Vidi.

ϜΕΚΕΔΑΜΟΣ

Ϝεκέδαμος.

XIII. Basis quadrata marmoris albi; in inferiore planitie quattuor foramina, quorum in uno etiam pars clavi ferrei plumbo circumfusa; in superficie clavus quadratus. Inventus lapis Larisae ad ripam Penei translatus in collectionem antiquitatum quae est in aula didascalei, ubi lapidem in sex partes fractum vidi mense Martio a. 1899.


Ed. H. G. Lolling *Mittheilung. des archaeolog. Instituts in Athen* XI 1886 p. 450 nr. 1. Cf. E. Hoffmann Sylloge epigrammatum Graecorum 1893 p. 161 nr. 318; Roehl Imagines 1898 p. 25 nr. 11.



Ἀργεία μ' ἀνέθεκε ὑπὲρ πα[ι]δὸς τόδ' ἄγαλμα·
εὔξατο δ' Ἀγέ[τ]ορ Ϝαστικᾶι Ἐνοδίαι.

Enodiam deam a Larisaeis cultam esse testificantur etiam tituli ap. G. Fougères *Bulletin de corresp. hellénique* XIII 1889 p. 392 nr. 9 quo Διὶ Μειλιχίωι καὶ Ενοδίᾳ καὶ πό[λει] aliqua res dedicatur et apud H. G. Lollingium *Mittheilungen des archaeolog. Instituts in Athen* VII 1882, 239 quo Ἐνοδία Σταθμία dicitur (cf. U. von Wilamowitz-Moellendorff *Sitzungsberichte der preuss. Akademie der Wissenschaften* 1901 p. 10 adn. 2). Ut Enodiae memoriam in lapidibus Larisaeis ipsis frustra quaesivi ita etiam in titulo Pheraeo ad hanc deam spectante P. Monceauxii exemplum sequi cogor *Bulletin de corresp. hellénique* VII 1883 p. 60 nr. 14: Καλλίκλεια Παρμενίσκου Ἐνοδίαι εὐξαμένη (de Enodia Pheraea cf. quae notavi apud Pauly-Wissowa *Realencyclopaedie* IV p. 2715). Felicior fui in titulo primi saeculi ante Chr. n. in vico Selos in Olympi radicibus sito a L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 470 nr. 8 reperto investigando: Ἐννοδίᾳ πατρώιᾳ Νικανδρίδης Ἁρμοδίου. Attributum Ϝαστικά quod in titulo Larisaeo antiquissimo deae nomini additum est, voce πόλει in titulo Larisaeo altero et attributo πατρώιᾳ in inscriptione Olympia satis plicatur. Addo inscriptionem a me in propatulo ecclesiae Ἁγίου Νικολάου in oppido Volo repertam et aestate a. 1899 in museum gymnasii delatam: Ἐννοδίαι πατρόᾳ.

XIV. "Επιγραφὴ εὑρεθεῖσα ἔν τινι γηπέδῳ ἀνασκαπτομένῳ κατὰ τὸν παρελθόντα Μάϊον καὶ κειμένῳ παρὰ τὴν νῦν νομαρχίαν. — — Ὁ λίθος λευκὸς καὶ ἔχων μῆκος 0,31, πλάτος 0,12 καὶ πάχος 0,12, ἀποκεκρουμένος δὲ ἀριστερόθεν καὶ κάτωθεν εὑρίσκεται ἐν τῷ Διδασκαλείῳ.' Ed. Γεώργιος Δ. Ζηκίδης Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1900 p. 55 nr. 4. Exscripsi.



XV. Baseos, cuius in superficie magnum foramen erat, frustulum (a. 0,15; l. c. 0,36; cr. 0,10) a dextra et laeva partibus fractum conservatur Larisae in didascaleo ubi mense Septembri a. 1899 exscripsi. Litterar. altitud. 0,03.




— — ας ἐργάξα[το.]

XVI. 'Λίθος λευκὸς ἔχων μῆκος 0,15 καὶ πλάτος 0,05 καὶ ἀποκεκρουμένος ἀπανταχόθεν. Εὑρίσκεται ἐν τῇ αὐλῇ Ἰωάννου Εὐαγγέλου ἐν τῇ συνοικίᾳ Σαρασλάρ.' Ed. Γεώργιος Δ. Ζηκίδης Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1900 p. 60 nr. 19. Non vidi.

TADAIE

XVII. Basis marmorea a. 0,21, l. 0,55 quam repperi mense Septembri a. 1899 inaedificatam in muro externo domus Γουσσίου Καρανίκα in viculo Alifaglar sito intervallo trium fere horarum ab oppidulo Ἀγυιά meridiem versus. Litterarum altitud. 0,012—0,02. Lapidem Larisam in collectionem didascalei delatum esse nunc audio. Exscripsi.



[Μ]άτερος εὐχ͞ολάν, Αἰσό[νι]ε, τοὶ τόδ' ἄγ(α)λμα,
Πατροκλέας ὀνέθ͞εκε ΟΜΑΛΑ [— Ὀρε]σσθειάτας.

V. 1 Αἰσό[νι]ε supplevit Guilelm. Dittenberger afferens Stephan. Byzant. s. Αἰσών: πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Αἴσωνος τοῦ Ἰάσονος πατρός — — — τὸ ἐθνικὸν Αἰσώνιος. Qui autem deus Αἰσώνιος dictus sit nescio. Dedicator Arcas fuisse videtur.

XVIII. Trabs marmoris albi a. 0,21, l. 2,08; cr. 0,43 inventa a Demetrio Philio mense Septembri a. 1899 in viculo Μαχαλᾶ Σαλζιλάρ, ubi exscripsi. a in latere adverso, b in latere laevo. Lapidem nunc Larisam in didascaleum delatum esse audio ubi accuratiorem delineationem totius trabis ab aliquo archaeologo mox factum iri spero. Litterarum altitud. 0,02–0,025.

ΝΟΝΙΔΕΣ

ΑΡΙΣΤΙΟΝΟΝΕΘΕΚΕΚΟΙΣΥΝΔΑΥΧΝΑΦΟΡΟΙ

b. ΠΡΟΝΟΣΕΡΓΑ . . ΑΤΟ

a. Ἀριστίον ὀνέθεκε κοι συνδαυχναφόροι.

[Μεμ?]νονίδες.

b. Πρόνος ἐργάξατο.

Aristionem Apollinis daphnephorum fuisse elucet e primi saeculi a. Chr. n. titulo a Leakio in oppido Tyrnavo reperto et a me collato (O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 18 nr. 12): Ἄπλουνι Κερδ[ο]ίου Σουσίπατρος Πολεμαρχίδαιος ὁ θύτας ὀνέθεικε ἱερομναμονείσας καὶ ἀρχιδαυχναφορείσας. Cf. Stephan. Byzant. s. Δειπνίας· κώμη Θεσσαλίας περὶ Λάρισσαν. ὅπου φασὶ τὸν Ἀπόλλωνα δειπνῆσαι πρῶτον, ὅτε ἐκ τῶν Τέμπεων καθαρθεὶς ὑπέστρεψεν· καὶ τῷ παιδὶ τῷ διακομιστῇ τῆς δάφνης ἔθος εἰς τῆνδε παραγενομένῳ δειπνεῖν. De daphnephoria in Apollinis cultu crebra cf. P. Stengelium in Pauly-Wissowa *Realencyclopaedie* IV p. 2140. Supplevi [Μεμ]νονίδες haud ignarus merae coniecturae locum dari. Unum autem pro certo habeo verbo hodie valde mutilato rem dedicatam quam Pronus artifex Thessalus — nam deest ethnicon — confecerat significatam fuisse. Memnonides ex Polygnoti necyia notissimae sunt, de quibus Pausanias X 31, 6 haec habet: ἐν τοῦ Μέμνονος τῇ χλαμύδι καὶ ὄρνιθές εἰσιν ἐπειργασμέναι· Μεμνονίδες ταῖς ὄρνισίν ἐστιν ὄνομα, κατὰ δὲ ἔτος οἱ Ἑλλησπόντιοί φασιν αὐτὰς ἐν εἰρημέναις ἡμέραις ἰέναι τε ἐπὶ τοῦ Μέμνονος τὸν τάφον, καὶ ὁπόσον τοῦ μνήματος δένδρων ἐστὶν ἢ πόας ψιλόν, τοῦτο καὶ σαίρουσιν οἱ ὄρνιθες καὶ ὑγροῖς τοῖς πτεροῖς τοῦ Αἰσήπου τῷ ὕδατι ῥαίνουσι. Quinto igitur saeculo fabulam de Memnonis comitibus in oves mutatis vulgatam fuisse Polygnoti pictura docet atque imagine vasculi nigris figuris ornati *Mus. Gregorian.* II 49, 2 a collata C. Robertus eam iam sexto saeculo a pictoribus respectam esse in dissertatione egregia de Polygnoti necyia Halis 1892 p. 68 probavit ita ut eam iam a poetis epicis tractatam esse lubenti animo suspicemur. Cf. R. Holland in Roscheri lexico mythologico II p. 2668. Aves

Aegyptiae haud scio an in Thessalia eandem vim habuerint quam Sphinges in sepulcris Atticis. Quae si recte disputata sunt, trabem marmoream ad magnum monumentum sepulcrale pertinuisse verisimile est, ut Gustavus Koertius conlega doctissimus scite monuit.

PHALANNA.

XIX. Anaglyphum a. 0,96; l. 0,60; cr. fere 0,09 repraesentans militem clipeo magno rotundo armatum; iuxta anaglyphum a latere titulus lectu difficillimus. In domo Turcica τῆς συνοικίας Γεωργίου viderunt L. Heuzey *Le mont Olympe et l'Acarnanie* p. 484 nr. 47, H. G. Lolling *Mittheilung. des archaeolog Instituts in Athen* VII 1882 p. 223 nr. 2 (tab. nr. 2); ego mense Martio a. 1899. Nunc in ἑλληνικὸν σχολεῖον delatum esse mihi scribunt. Cf. Roehl Inscription. antiquissim. 1882 p. 76 nr. 328; Imagines 1898 p. 25 nr. 10; O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 19 nr. 13. Exscripsi.



— — — ἀπ]έθαν[ε?]
Ϝασίδαμος πα[ῖ]ς . ξ . θονεος ἐπ' Ἀζ[όρ-]
οι ἀπέθανε — — — — ὁμῶς Ἑκάδορ[ος]


Cetera non intellego.

XX. '*Die Inschrift ist in Tyrnavo an der Nordseite der Kirche Hag. Trias eingemauert. Sie befindet sich auf einem balkenähnlichen Sandstein, dessen jetzige Länge 0m,95, Höhe 0,18 beträgt. Über den letzten Buchstaben ist ein Theil des vorspringenden Kranzleistens erhalten, welcher beweist, dass die Inschrift nur einzeilig gewesen ist.*' Ed. H. G. Lolling *Mittheilung. des archaeolog. Instituts in Athen* VII 1882 p. 223 nr. 1 (tab. nr. 1); VIII 1883 p. 101 adn. 1. Cf. O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 17 nr. 8; Roehl Imagines ed. 1898 p. 24 nr. 3. Ego titulum in muro septentrionali ecclesiae Ἁγ. Τριάδος vere a. 1899 non repperi.

— — ς Ὀρεστάδα ὀνέθεκε τᾶι Θέμισστι

De Themide Thessalica v. Preller-Robert *Griechische Mythologie* I 4 p. 477 adn. 1.


XXI. Tabula marmorea supra et infra et a dextra parte fracta, a. 0,30; l. fere 0,20; cr. 0,17. Inventa a. 1884 in ecclesia S. Nicolai τῶν Βλάχων in oppido Tyrnavo ab Athanasio Demetriade qui edidit Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1884 p. 223. Litterarum altitud. fere 0,02; linear. interv. fere 0,005. Nunc extat in ἑλληνικῷ σχολείῳ ubi eam mense Martio a. 1899 exscripsi a in fronte adversa, b in laevo latere. Cf. U. de Wilamowitz-Moellendorff Lectiones epigraphicae Gottingae 1885 p. 15; O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte* II 1893 p. 12 nr. 5.



Νόμος·
Αἴ κε το̃ν
Fασστο̃ν
κις Fαλί-
σσκε̄τα[ι]
κοινὰ χ[ρ-]
ε̄́ματα ἔ[χ-]
ο̄ν καὶ μ[ὴ]
δυνάε̄τ̣[α]
ι ἀππε[ῖσ-]
[αι] το


MAGNESIA.

XXII. Frustulum lapidis fractum supra et infra, cum utriusque lateris margo integer sit, a. 0,32; l. 0,325; cr. 0,065, inscriptum litteris altis 0,04—0,065. Inventus lapis in parietinis oppidi antiqui siti prope monasterium τῶν ἁγίων Ταξιαρχῶν in vicinia vici Argalasti paeninsulae Magnesiae, ubi descripserunt Pridik in annalibus Russici archaeologici instituti quod extat Constantinopoli I 1896 p. 136 nr. 130 et G. de Sanctis *Monumenti antichi pubblicati per cura della R. Accademia dei Lincei* VIII 1898 p. 64 nr. 81; nunc conservatur in collectione archaeologica quae extat in gymnasio urbis Volo Exscripsi.




De hoc titulo egit U. de Wilamowitz-Moellendorff in censura Monumentorum Italicorum *Literarisches Centralblatt* 1898 p. 90: *S. 64 eine Bustrophedoninschrift, das erste altmagnetische Denkmal, leider unsicherer Deutung. Die Buchstaben sind* αδ ατοιν λυκίδαι ὀνιεστάδα. *De Sanctis liest* λυκίδαι ὀμεστάδαι *und hält das für Dative. Dann könnte der zweite Name auch ohne Ergänzung bleiben und ein Genetiv sein. Aber ebensogut können es Nominative sein, denen der Dativ Dualis eines Götternamens vorherging, und die Weihenden wären dann zwei Geschlechter, die 'Welfen' und die Nachkommen des* Ὠμηστής, *dessen, der rohes Fleisch frass. Dieser Name liegt sicher vor.'* Contra hanc explicationem sane ingeniosam facit lapis, quem denuo examinavi: nam ονιεσταδα in lapide invenitur. Omnem titulum a me non intellegi confiteor.

XXIII. Tabula lapidis leucophaei a. 0,48, l. 0,67, cr. 0,06, undique mutila inventa inter rudera ecclesiolae S. Basilii quae est in regione Lotó exiguo intervallo a loco ubi reperti sunt tituli ad Apollinis Coropaei cultum spectantes (Dittenberger Sylloge I 2 nr. 790), et inde delata in καλύβιον Constantini Evangelinakis cuiusdam situm iuxta illam ecclesiolam, ubi contuli. Litterar. altitud. fere 0,04—0,05; linear. interv. fere 0,02. Ed. H. G. Lolling Mittheilungen des archaeolog. Instituts in Athen VII 1882 p. 76. Cf. Roehl Imagines 1898 p. 24 nr. 2.



— —] ον : ἐφοδ[—
—]μ̄ενιαίας
—]θεōρθαι : κ̣[—
—] ⁝ φ̣όρον : κ[—
—] ⁝ α̣ὐτὸν : κα[—
— —]α̣ν̣θεθ[—

XXIV. Tabulam marmoris leucophaei a. 0,23, l. 0,61; cr. c. 0,17, a sinistra parte fractam, vidi in gymnasio oppidi Volo, quo autumno a. 1899 ex insula Τρικέρων delata est. Litterarum altitud. c. 0,035; linearum interv. 0,01. Exscripsi.



— — — — — μ̣ε̣ . . κ̣εν ἢ ἐμίσ-
[θωσε? τὸν ἀγρ?]όν. αἰ δέ κε Ἀρισ-
— — — — — τασας ἀπίε ἢ ἐμί-
[σθωσε? — — δέδ?]εκται ἴδιον.


3 0112 072343004

